

# **Orationes Dicendae**

**Ad Amictum dum ponitur super caput, dicat:**

**I**mpone, Domine, capiti meo galeam salœtis, ad expugnandos diabolicos incœrus.

**Ad Albam, cum ea induitur:**

**D**ealba me, Dómine, et munda cor meum, ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis

**Ad Cingulum, dum se cingit:**

**P**ræcinge me, Domine, cingulo puritatis, et exstingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiae et castitatis.

**Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro:**

**M**erear, Domine, portare manipulum fletus et doloris: Mut cum exsultatione recipiam mercedem laboris.

**Stolam, dum imponitur collo:**

**R**edde mihi, Domine stolam immortalitatis, quam perdidisti in prævariatione primi parentis: et quamvis ind'gnus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

**Ad Casulum cum assumitur:**

**D**omine, qui dixisti: Jugum meam suave est, et onus meum leve: fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. Amen.